DAMNATIO ET PROHIBITIO

OPERIS in plures Tomos diſtributi, cujus eſt titulus : Encyclopédie, ou Dictionaire raiſonné des Sciences, des Arts & des Metiers, par une Société de Gens de Lettres; mis en ordre & publié par M. Diderot, de l'Académie Royale des Sciences & des Belles-Lettres de Pruſſe; & quant à la partie Mathématique, par M. d'Alembert, de l'Académie Royale des Sciences de Paris, de celle de Pruſſe, & de la Société Royale de Londres.

CLEMENS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

UT primum in lucem prodiit ſpiſſum opus in plures tomos diſtributum, cujus eſt titulus = *Encyclopédie, ou Dictionaire raiſonné des Sciences, des Arts, & des Métiers, par une Société de Gens de Lettres, mis en ordre & publié par M. Diderot, de l'Académie Royale des Sciences & des Belles-Lettres de Pruſſe ; & quant à la partie Mathématique, par M. d'Alembert, de l'Académie Royale des Sciences de Paris, de celle de Pruſſe, & de la Société Royale de Londres* = non publico tantum rumore, ſed graviſſimorum quoque hominum

CONDAMNATION ET PROHIBITION

D'un Ouvrage diviſé en pluſieurs Volumes, ayant pour titre : *Encyclopédie, ou Dictionnaire raiſonné des Sciences, des Arts, & des Métiers, par une Société de Gens de Lettres, mis en ordre & publié par M. Diderot de l'Académie Royale des Sciences & des Belles-Lettres de Pruſſe ; & quant à la partie Mathématique, par M. d'Alembert de l'Académie Royale des Sciences de Paris, de celle de Pruſſe, & de la Société Royale de Londres.*

CLEMENT XIII. PAPE,

Pour ſervir de mémoire aux ſiècles futurs.

AUSSI-TÔT que parut le gros Ouvrage diviſé en pluſieurs Volumes, intitulé : *Encyclopédie, ou Dictionnaire raiſonné des Sciences, des Arts, & des Métiers, par une Société de Gens de Lettres, mis en ordre & publié par M. Diderot de l'Académie Royale des Sciences & des Belles-Lettres de Pruſſe ; & quant à la partie Mathématique, par M. d'Alembert de l'Académie Royale des Sciences de Paris, de celle de Pruſſe, & de la Société Royale de Londres ;* Nous fumes informés non-ſeulement par le bruit public, mais par

Fidei & Religionis zelo flagrantium judicio accepimus, plurima in eo efferri ac contineri, quæ non ſolum chriſtianæ pietati ac morum diſciplinæ quammaxime obeſſent, ſed quæ Religionem ipſam impeterent, eamque vel ex imo convellere niterentur, vel ſumma certe ejus capita ac dogmata labefactarent. Quapropter inſtituto a Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium Congregatione Indici Librorum prohibendorum atque expurgandorum præpoſitâ accurato ejuſdem operis examine atque judicio, inter Libros ab Apoſtolica Sede damnatos atque proſcriptos referendum eſſe decretum eſt die v. Martii proxime præteriti.

Fuere interea nonnulli, qui e publica re literariâ & Chriſtianâ quoque fore putantes, ſi correctis, quibus ſcatet, erroribus, nova editione recuſum emendatumque prodiret; ad eam adornandam aggreſſi, adjectiſque ad certa capita ſeu articulos notis, idoneum periculo ac malo omni remedium attuliſſe arbitrati ſunt. Sed diffuſum ac ſerpens in opere univerſo venenum cùm tale non eſſet, quod leni curaretur antidoto, irrito plane ſtudio ac labore operam ii ſuam luſerunt. Neque enim legentium periculo ac detrimento ſatis conſultum, neque opus ſatis correctum expurgatumque prodiiſſe compertum eſt. Novæ ſubinde ac graves adverſus utramque editionem querelæ ad Apoſtolatum noſtrum delatæ ſunt, quæ pro rei gravitate auctoritatis & vigilantiæ noſtræ opem flagitare videntur.

le jugement qu'en portoient des hommes très-graves & pleins de zèle pour la Foi & pour la Religion, que ce Livre contenoit nombre de choſes très-nuiſibles à la piété chrétienne & à la regle des mœurs, qui attaquoient la Religion elle-même, tendoient à la détruire par les fondemens, ou du moins à renverſer ſes dogmes capitaux. C'eſt pourquoi la Congrégation de nos Vénérables Freres les Cardinaux de la ſainte Egliſe Romaine prépoſée à l'Indice des Livres qui doivent être prohibés ou corrigés, après avoir examiné cet Ouvrage avec attention, jugea par un Decret du 5 Mars dernier, qu'il devoit être mis au nombre des Livres condamnés & proſcrits par le Saint Siége.

Cependant il s'eſt trouvé quelques perſonnes qui penſant que l'on rendroit ſervice à la République des Lettres, & même à la Chrétienté, ſi après avoir purgé cet Ouvrage des erreurs dont il eſt rempli, on en donnoit une nouvelle Edition corrigée, ont entrepris d'y travailler, & ſe ſont flattées d'avoir remédié à tout danger & à tout mal par des Notes ajoutées à certains articles. Mais le venin répandu dans tout l'Ouvrage n'étant pas de nature à pouvoir être emporté par quelques lénitifs, ces perſonnes n'ont point réuſſi, elles ont perdu leur tems & leur travail. On s'eſt bien-tôt apperçu que la ſeconde Edition n'étoit pas ſuffiſamment purgée & corrigée, & qu'on n'en avoit pas ſupprimé tout ce qui pouvoit être dangereux ou nuiſible aux Lecteurs. En conſéquence il nous a été porté contre l'une & l'autre Edition de nouvelles plaintes qui

nous ont paru aſſez graves pour exciter notre vigilance & demander que nous fiſſions uſage de notre autorité.

Primùm igitur in amaritudine cordis noſtri vehementer dolemus, jam ad ea quæ prædixit Salvator, deveniſſe Nos tempora, quibus refrigeſcente caritate, atque in deterius labente morum diſciplina, tum exundante per effrænem philoſophandi ſcribendique licentiam fallacium impiarumque doctrinarum illuvie, fides quoque ipſa, & cui innititur Divina revelatio, impudentiſſime opugnatur. Incredulitas verò jam non tantum admittitur, ſed & palam aperteque docetur, lateque adeò propagatur, ut, ſi fieri poſſet, quam uſque ad conſummationem ſeculi permanſuram Chriſtus Jeſus promiſit, Eccleſia impiorum hominum doctrinis everteretur funditus ac tolleretur. Cùm enim ſit Civitas illa fortis per Iſaïam deſcripta, in qua, ut exponit Hieronimus = *ponitur murus bonorum operum, & antemurale rectæ Fidei, ut duplici ſepta ſit munimento* = perverſa, ac præpoſtera cum agendi, tum docendi ratione murum pariter & antemurale diſjicere ac diſſipare moliuntur.

Nous commencerons d'abord par exprimer notre vive douleur & toute l'amertume de notre cœur, de ce que nous ſommes arrivés à ces tems malheureux, prédits par le Sauveur, où la Charité ſe refroidiſſant, & la régle des mœurs étant tombée dans un entier oubli, le poiſon des Doctrines trompeuſes & impies gagnant de toutes parts par la licence effrenée de philoſopher & d'écrire, la Foi elle-même, & la Révélation divine qui en eſt le fondement, ſont attaquées avec la plus grande impudence. On ne ſe contente pas de donner accès dans ſon cœur à l'incrédulité, on l'enſeigne ouvertement & publiquement: elle fait de ſi grands progrès, que l'Egliſe ſeroit entierement renverſée & détruite par les fauſſes doctrines de ces hommes impies, ſi elle pouvoit l'être malgré les promeſſes de Jeſus-Chriſt, qui en aſſurent la ſtabilité juſqu'à la conſommation du ſiécle. Elle eſt cette Ville forte décrite par Iſaïe, à laquelle Dieu *a donné*, ſelon l'explication de S. Jérôme, *les bonnes œuvres pour mûr, & la ſaine Foi pour boulevart, afin qu'elle ſoit fermée d'un double rempart:* & ces hommes s'efforcent de ruiner également & ce mur par leurs actions corrompues, & ce boulevart par leurs enſeignemens pervers.

Nos vero, quos poſuit Dominus cuſtodes ac vigiles ſuper muros Hieruſalem, ut iis fortiter obſiſtamus, qui dicunt = *exinanite, exinanite uſque ad fundamentum in ea*, = pro loci ac muneris noſtri ratione ſilere diutius nec poſſumus nec debemus; ſed creditum Nobis Fidei ac Religionis depoſitum, omni qua poſſumus ope, ne quid detri-

Nous donc, que Dieu a établis Gardes & Sentinelles ſur les murs de Jéruſalem, pour réſiſter courageuſement à ceux qui diſent, *Anéantiſſez-la, anéantiſſez-la juſqu'au fondement*, nous ne devons, ni ne pouvons ſans manquer au devoir de notre Place & de notre Miniſtere, demeurer plus long-tems dans le ſilence; voulant au contraire garder & pré-

menti capiat, cuſtodire ac tueri volentes, ne latius manet in Eccleſiæ animarumque perniciem exitialis operis lues, Venerabilibus Fratribus noſtris ejuſdem S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Chriſtiana Generalibus Inquiſitoribus adverſus hæreticam pravitatem autoritate Apoſtolica deputatis opus ipſum, cum adjectis quoque notis, ſeu correctionibus, novo examini ſubjiciendum commiſimus, qui conſultis primùm Theologis ad cenſuram ferendam deſignatis, eorumque judiciis mature expenſis, in Congregatione deinde Generali coram Nobis habita feria v. die II. Auguſti nuper elapſi, quid de opere ipſo ſtatuendum foret, per ſua Nobis ſigillatim ſuffragia expoſuerunt. Itaque, exceptis eorum ſententiis, inſpectiſque Theologorum cenſuris, motu proprio, atque ex certa ſcientia & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine opus prædictum, ubicumque & quocumque idiomate, etiam cum notis, ſeu declarationibus, ac correctionibus quibuſcumque hactenus impreſſum, aut in poſterum imprimendum, tamquam continens doctrinam atque propoſitiones falſas, pernicioſas & ſcandaloſas, ad incredulitatem & Religionis contemptum inducentes, morum corruptelæ atque impietati viam facile aperientes, damnamus ac reprobamus, ipſumque legi, retineri, & quocumque etiam idiomate deſcribi prohibemus omnibus & ſingulis Chriſtifidelibus, etiam ſpecifica & individua mentione & expreſſione dignis, ſub pœna excommunicationis majoris quoad perſonas ſecula-

ſerver de toute altération, autant que nous en ſerons capables, le ſacré dépôt de la Foi & de la Religion qui nous a été confié, & arrêter la contagion d'un Ouvrage ſi pernicieux pour les ames & pour l'Egliſe, Nous avons chargé nos Vénérables Freres les Cardinaux de la Sainte Egliſe Romaine, établis par l'autorité Apoſtolique Inquiſiteurs Généraux contre l'héréſie dans toute la Chrétienté, de faire un nouvel examen tant de l'Ouvrage en queſtion, que des Notes & des corrections qui ont été faites dans la nouvelle Edition. Pour ſe conformer à nos Ordres, ils ont d'abord conſulté les Théologiens qui avoient été commis pour travailler à la cenſure; ils ont peſé leurs ſentimens avec maturité : enſuite, dans la Congrégation générale qui s'eſt tenue en notre préſence le Jeudi 11[e] jour du mois d'Août dernier, ils nous ont expoſé chacun leur avis ſur ce qu'il convenoit de ſtatuer contre led. Ouvrage. Après donc avoir recueilli leurs ſuffrages, & vu les cenſures des Théologiens; de notre propre mouvement, de notre certaine ſcience & pleine délibération, de la plénitude de notre autorité Apoſtolique, Nous condamnons & réprouvons ledit Ouvrage, tel qu'il a été imprimé juſqu'à préſent, même avec des notes, des éclairciſſemens & des corrections, & tel qu'il pourroit l'être dans la ſuite, en quelque lieu & en quelque Langue que ce puiſſe être, comme contenant une Doctrine & des Propoſitions fauſſes, pernicieuſes & ſcandaleuſes, induiſantes à l'incrédulité & au mépris de la Religion, ouvrant la voie à la corruption des

res ; quo veró ad Eccleſiaſticas, etiam Regulares, ſub pœna ſuſpenſionis à Divinis ipſo facto abſque alia declaratione incurrendis; quarum abſolutionem & reſpective relaxationem Nobis & Succeſſoribus Noſtris Romanis Pontificibus pro tempore exiſtentibus, excepto dumtaxat, quoad excommunicationem prædictam, mortis articulo, reſervamus: Mandantes omnibus & ſingulis Chriſtifidelibus, ſub iiſdem excommunicationis reſpective & ſuſpenſionis pœnis, qui ejuſmodi opus apud ſe habuerint, ſeu in quorum manus ſubinde pervenerint, ut illud, ſtatim ac præſentes noſtræ Literæ eis innotuerint, locorum Ordinariis, vel hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus, ſeu eorum Vicariis tradere teneantur, qui exempla ſibi tradita illico flammis abolenda curent. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque.

mœurs & à l'impiété : Défendons à tous & chacun des Fidéles, à ceux mêmes dont il faudroit faire une mention ſpéciale, ou qui devroient être expreſſément nommés, de le lire, garder, ou copier ; & cela ſous peine d'excommunication majeure pour les Séculiers, & de ſuſpenſe *à Divinis* pour les Eccléſiaſtiques, même les Réguliers ; leſquelles peines ſeront encourues par le ſeul fait, & ſans qu'il ſoit beſoin d'autre déclaration ; & Nous en réſervons l'abſolution & la relaxation reſpectives à Nous & à nos Succeſſeurs les Pontifes Romains qui exiſteront dans le tems, excepté ſeulement à l'article de la mort pour l'excommunication : Ordonnons à tous & chacun des Fideles, ſous les mêmes peines d'excommunication & de ſuſpenſe reſpectivement, qui auroient chez eux ledit Ouvrage, ou entre les mains deſquels il pourroit tomber dans la ſuite, qu'auſſi-tôt qu'ils auront connoiſſance des préſentes Lettres, ils ayent à l'apporter aux Ordinaires des Lieux, ou bien aux Inquiſiteurs de la Foi ou à leurs Vicaires, qui auront ſoin de faire brûler ſur le champ les Exemplaires qui leur ſeront livrés : Nonobſtant toutes choſes à ce contraires.

Ut autem eædem præſentes Literæ ad omnium notitiam facilius perducantur, nec quiſquam illarum ignorantiam pertexere poſſit, volumus ac mandamus, illas ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & Cancellariæ Apoſtolicæ, necnon Curiæ generalis in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Curſoribus noſtris, ut moris eſt, publicari, illarumque exempla ibi affixa relinqui: ipſarum etiam præſentium Litterarum tranſumtis ſeu exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici

Et afin que ces préſentes Lettres viennent plus facilement à la connoiſſance de tout le monde, & que perſonne n'en puiſſe prétendre cauſe d'ignorance, Nous voulons & mandons qu'elles ſoient publiées ſuivant l'uſage par un de nos Curſeurs aux Portes de la Baſilique du Prince des Apôtres, de la Chancellerie Apoſtolique, de la Cour générale du Mont-Citatoire, & au haut du Champ de Flore, & qu'on en laiſſe un Exemplaire affiché dans chacun de ces Lieux : Voulons en outre qu'en Jugement & hors, mê-

ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eamdem prorſus fidem, tam in judicio qu'm extra illud, ubicumque locorum haberi, quæ ipſis originalibus Literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Datum Romæ, apud S. Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris die III. Septembris M. DCC. LIX. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

D. Cardinalis Paſſioneus.

Die, menſe & anno quibus ſupra, ſupradicta Damnatio & Prohibitio affixa & publicata fuit ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & Cancellariæ Apoſtolicæ, necnon Curiæ Generalis in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis ſolitis & conſuetis Urbis per me Joſeph Renzoni, Apoſt. Curſ.

PHILIPPUS CONTINI,
Mag. Curſ.

me foi ſoit ajoutée par-tout aux copies ou aux Exemplaires imprimés des Préſentes, ſignés de la main de quelque Notaire public, & munis du ſceau d'une perſonne conſtituée en Dignité eccléſiaſtique, qui ſeroit ajoutée à l'original même, s'il étoit exhibé & repréſenté.

DONNÉ à Sainte-Marie Majeure ſous l'Anneau du Pêcheur, le troiſiéme jour de Septembre de l'an de Jeſus-Chriſt M. DCC. LIX; de notre Pontificat le deuxieme.

LE CARDINAL PASSIONEI.

Les jour, mois & an que deſſus, la ſuſdite condamnation & Prohibition a été affichée & publiée aux Portes de la Baſilique du Prince des Apôtres, de la Chancellerie Apoſtolique, & de la Cour générale du Mont-Citatoire, au haut du Champ de Flore, & aux autres endroits ordinaires & accoutumés de Rome, par moi JOSEPH RENZONI, Curſeur Apoſtolique.

PHILIPPE CONTINI,
Maître des Curſeurs.

A ROME, de l'Imprimerie de la Chambre Apoſtolique. 1759.

Case Wing folio Z 144 .A1 v.6 no.165
THE NEWBERRY LIBRARY CHICAGO